



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 32. Variæ Gregorii XIII. Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

darii Gregoriani apologia, quam Ru-  
dolpho Cæfari nuncupabat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1581.

§. XXXII.

*Variæ Gregorii XIII. Constitu-  
tiones.*

Hoc item anno Gregorius XIII. sum-  
mus Pontifex Norbertum Magde-  
burgensem Archiepiscopum Ordinis  
Præmonstratensium Fundatorem San-  
ctorum fastis adscripserat. Hic anno  
Christi millesimo octogesimo natus in  
sua Diœcesi die sexta Junii Anno In-  
carnationis Dominicæ millesimo cen-  
tesimo trigesimo tertio obiit, ac pro-  
pterea festus illius dies itidem sexta Ju-  
nii celebratur. Idem quoque summus  
Pontifex diplomate die vigesima prima  
Januarii edito fideles hortabatur, ut  
pauperes Presbyteros Anglos in Rhe-  
mensi Collegio subsistentes, aliosque  
patria sua extorres, ac in variis Regnis  
dispersos eleemosynis sublevarent: eo-  
dem pariter anno die prima Februarii  
Papa per aliam Constitutionem Reli-  
giosis ex ordine sancti Antonii Vien-  
nensis permisit, ut ad sublevandam suo-  
rum Hospitalium paupertatem eleemo-  
synas colligere possent, quin propterea  
hæc concessio quicquam Tridentino, quod  
ejusmodi collectiones inhibuit, Con-  
cilio derogaret, cum illud duntaxat quæ-

*Hist. Eccles. Tom. L.*

E storum

**Sæcul. XVI.** storum abusus tollere intenderit: præ-  
**A. C. 1582** terea tertia exstat Constitutio, qua Ca-  
lendarii emendatio, cuius supra memi-  
nimus, confirmatur: quarta autem Con-  
stitutione ad Patrem Claudium Aqua-  
vivam supremum Jesuitarum Præposi-  
tum directa Pontifex hujus Societatis  
Sacerdotibus Confessariis literas sacræ  
Poenitentiariæ aperiendi, omnesque  
poenitentes, qui ad eos recurrunt, ab-  
solvendi facultatem indulxit, eidemque  
Præposito per aliud diploma pacta in-  
eundi, alienationes, aliosque contra-  
ctus faciendi potestatem concessit. (\*)  
Sexta Constitutione idem Pontifex Je-  
suitis permisit, ut etiam extra quatuor  
tempora a jure statuta a quocunque An-  
tistite de licentia suorum Prælatorum  
ad sacros ordines transfire possint, ha-  
bita licentia Præpositi Generalis.

Septimum diploma die quinta De-  
cembris editum Concilii Tridentini pro-  
hibitionem de duellis extendit ad duella  
privatum commissa. Denique Papa die  
decima Decembris aliam promulgabat  
Constitutionem, vi cuius Bononiensis  
Ecclesia in Longobardia ad Metropoli-  
tanam

---

(\*) Eadem etiam Constitutio Jesuitis con-  
cedit, ut obtenta Præpositi sui licentia ad aliorum  
Religiosorum Ordines transfire valeant.

tanam erigeretur, atque soli sacræ Sedi Sæcul. XVI.  
subjiciebatur: porro primus hujus Urbis A.C. 1581.  
Archiepiscopus nominabatur Paleottus  
Cardinalis, cui Papa Suffraganeos ad-  
jecit Parmensem, Placentinum, Re-  
giensem, Mutinensem, Imolensem, Cer-  
viensem, & Cremonensem Episcopos:  
verum progressu temporis Paulus V.  
Cerviensem, & Imolensem Ecclesiam  
Ravennatensi Archiepiscopo subjicit,  
Bononiensi autem horum Suffraganeo-  
rum loco Burgensem Episcopum adjecit.

§. XXXIII.

*Coloniensium tumultus propter hujus  
Urbis Archiepiscopum.*

Cum interea Colonensis Electoratus Michael  
ob fidei defectionem, qua hujus Ur- Iffelt hisl.  
bis Archiepiscopus sese polluerat, gra- belli Colon.  
vibus omnino tumultibus agitaretur, Spond. an-  
summus Pontifex pariter ad sedandas  
hasce turbas nullum non movebat la-  
pidem. Ceterum hic idem Præsul erat  
Gebhardus Truchsesius ex illustri Fa-  
milia Comitum de Walburg in Suevia  
ortus, atque Othonis Truchsesii vulgo  
Augustani Cardinalis vocati Nepos, qui  
vix Colonensem sedem adeptus Agne-  
tem de Mansfeld Geresheimensis Mo-  
nasterii Monialem, atque Ernesti Mans-  
feldii Sororem deperire cœperat, cum-  
que insanum suum amorem reprimere

E 2

adeo